

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an [Andreas Pualini].

Francke, August Hermann

Halle (Saale), [August 1698]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-16579

Carissime ac doctissime Vir,
 Amice optimatissime.

Vas 26. Julii ad me dedisti literas primo
 Augusti s. n. accipi. Non potuit non gratum
 mihi accidere eorum fundamentum. Ea enim
 fini institutum sic aliquot abhinc annis pedago-
 gorum, ut parentibus de liberorum suorum educa-
 tione sollicitis, seholarum publicas ob invecas
 gravissimas corruptelas aversantibus consilio hac
 via commode posset. Benignissimo itaque numini
 acceptum fero, quod non tantum de pedagogis mihi
 prospexerit ad exequenda consilia mea idoneis, sed
 benetorem quoque parentum mihi animos concitave-
 rit, ut filios suos meae credere ac maxime fidei
 non indignarentur. Crevit proinde ultra spem et
 vota, discipulorum numerus, idemque iussit docentes
 etiam adfiscere plures, ita ut recipiendis alumnis
 locum tandem defuisset, nisi de eo ampliando ma-
 ture cogitarem. Factum inde, ut ex pedago-
 gii instituto alia nascerentur consilia ad parti-
 cularem educationis scopum propius collineantia.
 Pro diverso enim vitii genere ac instituto diversa requi-
 ritur educationis ratio, et minori etiam pretio
 constare plebeiorum et mediocriter conditionis puerorum
 educatio potest quam nobilium et eorum, qui illustri-
 ori loco nati, vel ad maiora destinati sunt. Ex
 adiecta igitur schedula intelliges in gratiam nobilium
 formatam a nobis esse peculiarem educandi in-
 stituendi rationem, in plurimis quidem pedago-
 gii instituto sicut ex altera adiecta schedula cognoscas
 conformem, longe magis vero ad obtinendum nobili-

125
educationis scopum comparatam. In paedagogio
nimirum educare astitit viros doctos, qui sebo-
lis aliquando praeint vel ecclesiae, vel certe qui in li-
teris tractandis potissimum in vita sua versentur;
in nobilium autem magnatumq. filiis non tam sci-
entiarum profunditatem requiri, quam prudentia
et oeconomiae et politicae cum morum elegantia
conjectae sollicitudinem et linguarum imprimis occi-
dentalium peritiam existimo, ita tamen ut primar-
utroq. teneat pietatis studium. Receperunt qui-
dem haec hactenus ex Ecclesia aliisq. regionibus in
paedagogium etiam nobilium filii, sed tum temporis
seculiaris haec nobilis iuventutis institutio nondum
constituta erat. Accidit etiam, quod haec plur-
sumtuum requirat, quos expendere non omnes possunt,
quorumque cor ita nunc si moderatur, ut haud multum
ultra ducentos imperiales sit expendendum, sed donata
li victus pretio ad imperialem reducto. Et pauci
quidem hactenus illo instituto utuntur, utpote recenti
admodum, plures vero iug. Baronum ac Comitum
filii expectantur. Fusiur tibi utriusq. in-
stituti rationem exponerem, uti scripto peculiari
sed nondum impresso informandi in paedagogio
methodum accuratè exposui, si epistola modus
id permetteret. Quare igitur Perillustri Do-
mino Patrono tuo salutem officia mea sum-
missa haud gravatim nuncies, significoq.
meo nomine filiolum ejus unicum in comple-
xum meum suumq. suaviter admissum, et ex
animi sententia, quoad ejus per numinis gratiam
fieri soluerit, ad Dei gloriam utilitatemq. Reip:
educatum iri. Et paedagogium et alterum

illud nobilis educationis institutum in sinu meo fo-
vetur. Ultri filiolum destinare voluerit mea pauc
interest: auctor tamen sum, ut illustriori classi adscri-
batur. Sexaginta vel septuaginta imperiales qui
ultra pedagogii impensar hic requirerentur, compensabit
tota educationis ac institutionis ratio ad scopum filio-
li ut existimoloneo magis accommodata. Deroli-
quis institutis scribere iam nil attinet quæ hic per Sti-
gratiam florent. Sunt enim ultra quingentos utrius-
sexus liberi uniuersim, qui varie, ad unum tamen
omnes scopum ut veni evadant Christiani educantur.
Forſitan nobilissima Hertzbordia, quæ praesenter
ad te ut pote suis inclusar mittet plura tibi, si
eam alloqui tibi placuerit exponet, quæ ex me
aliorumq. literis subinde intellexit. Id tibi de
me certissime persuadere poteris Thurganica nationis
fata ita mihi cordi quæ, ut beneficiis loco habiturus
sim opera mea si Deus vult voluerit ad educan-
dam ejus et Evangelica veritate imbuedam pro-
geniem quemadmodum hactenus afflicta nationi
Celsiaca aliquo modo subvenire datum fuit et ma-
gis datum in spes est. Ita vale et quod prorsus
et commercium si placet, continua.

Tua Caritati deditissimus.

Aug: Herm: Francke